



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

23. Quod D. Fridericus N. defunctus Romæ sub crepusculum matutin[um] appareat D. Eisengreinio in somnis & locum Salomonis admirabili doctrina exponit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

932 COLLATIO AN. SACRAR.
verò, inquit, ut agitur? Respondit: Ego vita
fruor sempiterna: attamen ob negligentiam cu-
ratum testamentum à Parisiensi Episcopo mi-
hi traditum, poenas lui in locis purgatoriis ad
dies quindecim. Et Thomas; Scis, inquit, cre-
brò nos in disputationē illam adduxisse que-
stionem, an permaneant in animo scientiae in
hac vita acquisitae, quæso ut cā mihi expedias.
Respondit Romanus: Ego Deum intuor, no-
li hac de re ex me se secessari. Et Thomas; Vide-
ne, inquit, Deum sine medio, aut aliquare in-
terposita? Tum ille; Sicut audiuimus, ait, sic vi-
demus in ciuitate Domini virtutum, moxque
disparuit, & S. Thomam magna reliquit con-
solatione perfusum.

D. Fridericus N. defunctus, Romæ sub crepusculum
matutinum apparet D. Eisenreichio in somni, &
locum Salomonis admirabili doctrina exponit.

CAP. XXII.

VM anno Domini 1566. agerem Romę cū
viris Clariss. D. Martino Eisenreichio &
D. Ioāne Pfistero, Oratoribus Serenissimi Ba-
uariae Ducis Alberti apud sedē Apostolicam,
paulò post Paschæ solemnia, D. Martinus Ei-
senreichius, Orator tunc Bauaticus apud Plu-
V. Pōtif. Max. admirabilem habuit sub iplom
crepusculum matutinum visionē, quam mox
vt euigilauit, mihi ad se accessito, atque item
D. Philippo Dobereinero admirabundus e-
narrauit. Olim is cū D. Friderico N. tunc
adhuc

LIBER VIII.

93

adhuc superstite dissertationem haberat de
loco isto Salomonis, (Sap. 11.) Omnia in mea-
sura, & numero, & pondere disposuisti. Itaque
cum nuper defunctus esset D. Frider. N. visus
est in somnis apparere D. Eisengreinio, eun-
demque locum admirabili doctrina ac dexte-
ritate explicare. Videbat quoque D. Eisengrei-
nius iuxta cubile suum pendentem tabulam,
in qua omnis generis status & conditionis ho-
mines versari agitarique videbantur, & singu-
li quidem occupabantur circa res & negotia
sua. In margine vero tabulæ infinitæ bilances
apparebant pendentes, in quibus omnium &
singulorum actiones, studia & molimina ex-
actissimè ponderabantur. Ac tandem post a-
cutam & absolutissimam istius loci Salomo-
nis explicationem, cœpit interrogare Frideri-
cum Eisengreinius, quo nam pacto secum a-
geretur, Saluisne factus esset. Ille vero respō-
dit: Spero. Quo dicto euauit, quasi desiderās
suffragium. D. Eisengreinius mox euigilat.
Paulo post exsurgēs, familiarem suum ad meū
cubiculum amandat, vt me vocaret. Ego vero
quia erat dies festus, iam in Vaticanum ad Ec-
clesiam S. Petri cōcesseram. Ille protinus mit-
tit ad D. Philippum Dobereinerum, eique
totam rem exponens, mandat vt in loco sacra-
tiori, qualia aliquot ista in vrbe ad suffragan-
dum animabus a summis Pontificibus depu-
tata, maximisque indulgentiis cohonestata
sunt,

234 COLLATION. SACRAR.

sunt, sacrificium corporis & sanguinis Domini offerri curet. Ego paulò pōst ab Ecclesia dominum reuersus, euestigio vocor ad D. Eisen greinium, exponit quid viderit, quidque mihi in mandatis dare cupiuisset, quod iam per D. Dobereinerum curasset. Nec vero mitandum, si vir doctissimus, & Catholicæ religiæ vindex accerrimus, speratæ beatitudinis dilationem sustinere viuis sit, cum & de S. Seuzino sanctissimo Episcopo in quibusdam historiis legatur, illum ab obitu suo non protinus ad æternæ felicitatis fruitionē admissum: & D. Gregorius Magnus lib. 4. Dialogor. cap. 40. & 41. referat de viro integerrimo Paschasio, qui eius fuit sanctimoniae, ut ex contactu vestis eius in feretro, malignus spiritus ab homine obsesso fugatus sit: & tamen ob exigua quædam ab ipso Paschasio viuente non animaduersa, adhuc quædam luenda habebat, donec Germani Episcopi Capuani deprecatione ab ipso Paschasio, in thermis apparente, postulata, liberaretur.

D. Gregorius Episcopus Turonen. lib. 2. cap. 40. miraculorum D. Martinii. De Sisulpho, cui D. Martinis apparens, expos. cur infirmitates, & hostium grassationes populum effigant.

CAP. XXIV.

Sisulphus ex Cinomanicis pauperculus dum in hortellum suum meridiè obdormiuisset, nescio quid acquisitiæ percessus sit. Elom.